



Universitätsbibliothek Paderborn

Homo Christianus In Sua Lege Institutus. Sive Discursus Morales

Quibus Totum Hominis Christiani Officium Explicatur; Quidque is fugere,
quid agere debeat, quam exactissimè traditur

Segneri, Paolo

Augustæ Vindelicorum, Anno M.DCCXII.

VD18 90637054

Discursus VI. De Sacramento Confirmationis. Cùm duo sint belli genera,
quibus à Mundo Fideles impugnantur, bellum scilicer apertum, quod est
furoris, & bellum clandestinum, quod est fraudis, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51667](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-51667)

DISCURSUS VI.

De Sacramento Confirmationis.



Oris est in magnorum inauguratione Regum, non regis solum illos decorare insignibus, sed etiam armis praemunire. Sed ecce Christiani omnes Reges sunt coronati; Heredes regni, quodred Jacob. 2. promisit Deus diligenteribus se. Atque Ideo non satis est tantum in die inaugurationis (qui est dies Baptismi illorum.) non satis est, inquam, tam formosam eos stolam exornare, quam Agni Divini Sanguini dealbata induantur, sed necessum est insuper, invicta ipsis procurare arma eodem Sanguine præparata; id quod subinde in Confirmationis Sacramento peragitur. Jure merito Par. de Christianus baptizatus à celebri illo Sacre Conf. c. unice Parisiensi Episcopo Regis coronati nomine appellatus fuit. Rex in consecratione coronatus. Imò Christianus Sacramento Confirmationis munitus Rex probè armatus est habitus Rex ad prælium galeatum. Hodie ergo tanti momenti veritatem visuri, duo considerabimus. Primo horrenda illa prælia, quibus ne cælesti Regno potirentur, tentati fuere Fideles. Secundò. illustres quas à talibus insultibus Fideles reportarunt, viætorias.

II. Quamvis Mundus Diabolo associatus mille habeat nocendi artes, omnes nihilominus commodissime ad duo reducuntur capita: ad vim aper-

tam & ad fraudem. Aliquando si dem manifestis impugnavit persecutionibus, sanguinem profundendo, alijs persecutio teat, sed magis noxia, ludibriis illam exponendo. Hunc modum à stygio suo magistro didicit, qui, ut bene monet S. Augustinus, modo Leo, modo Serpens nominatur, tam dextrè utriusque imitarur naturam, Leo est propter apertam iram, Serpens ^{in fido}, est, propter occultas insidias. Quod ramen fidem superat: Et vis & fraus in fumum abierte: generosi eriam Christi milites grandi animo in Confirmatione sua roborati, utroque pugnæ genere hostem feliciter proligare, nec timorem in pectore, nec pudorem in vultu admittentes. Agimus de primo, pugnamque apertam prius inspiciamus.

I.

III. Tria sunt, quæ pugnam redunt formidabilem. Hostis ad confendum accinæti ferocia; arma, quibus concurritur; tempus, quo durat prælium. Jam vero quod ad hostes, fuerunt illi potentissimi: inter quos (præter plurimos alios magnos Principes) omnes fere Romani Imperatores usque ad Constantini tempora, nu ^{Brix de} merati sunt: & post hos magna quoquel imperatorum. Orientalium pars ^{fig. Eust} 1. 10. 4. veritati Rebellium. Sed intra decem illas, quas Imperium Romanum Fidei adhuc povellæ movit, persecutio ^{10. fig.} nista-

DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS.

77

sistamus, attentiusque aliquantis per eas consideremus. Sanctus Joannes in Apocalypsi suâ sub monstris schema te, decem habentis cornua, supra quodvis cornu decem coronas, fortitudinem ejus describit. Monstrum hoc ut dixi, antiquum Imperium Romanum est, quod decem cornibus, id est, decem Cæsaribus, & coronis decem in quovis cornu, id est, pluribus sub cojusvis Imperatoris gubernatione Regionibus, furiâ plusquam diabolica Fideles impugnare cœpit. Neque timemini, me furia plusquam diabolica dixisse; quia ultra nativam eorum crudelitatem suam insuper Diabolus illis infundebat; quibus sceleratis, cum tanquam Ducibus suis uteretur, continua furorem illorum facibus promovit, adeò, ut infernalis ista tables Christianorum magis accenderetur sanguine, quam sopiretur. Insuper illi ipsi potius Tyranni quam Imperatores, speciosè pietatis praetextu, Majoribus quasi hereditatio jure sibi relicta, infestos Christianos armis impetebant, ut superstitionem Religionem suam conservarent. Maximè vero praetextus ille, quem Rationem status vocant, rabiem illorum inflammabat; quâ delusa illa monstra putabant, Fidem nostram stabilitatem non posse, nec fundari, nisi supra Imperium sui ruinam, idolorum Romanis auferendo protectionem, quorum opere ad tantam nominis gloriam se pervenisse falsò sibi persuadebant. Hergo qui millenis & domesticis, & externis sese implicantes bellis, ut thronum imperialem concenderent, divi-

nas & humanas violaverunt leges, quid sceleris tentare non fuerint ausi, ut postquam concenderant, eundem firmarent & conservarent? Adhac supremorum Capitum stulta ista persuasio in reliqua membra, hoc est, omnes Mundi Nationes transfundebatur: quæ partim Dominis suis adulant, parvum imitandi gratiâ (ut ijsdem exceccata erroribus) ubique terrarum contra Christianos, accusatos, velut rebelles, sediciosos, & veneficos, velut contra Gentem mortalium generi noxiā, & inimicam cælo, certatim insurgebant.

IV. Tales fuerint aggressores: armis quoque illorum nunc consideremus. Haec omnis generis cruciatus fuere: Homines comburere vivos, vivos in arenâ sepelire, feris obijcere dilaniando, caudis equorum alligatos trahere, medios secare, in pice conquare, affigere cruci, catastis membra suolo movere, uncis usque ad viscera dispergere, mortuos vivis jungere, præter millenas alias inventiones, quas, quicunque recte intuitus fuerit, circa omne dubium agnoscer esse opera, quorum ideas Orcus adinvenerit.

V. Assultus tamen iste, tam qualitate & inimicorum multitudine, quam varietate & armorum saevitie formidabilis, trecentorum ferè annorum spacio continua serie in Regionibus tunc cognitis duravit: post Constantinum verò Imperatores Orientis plurimi heresi infecti, plusquam sexaginta annis prolongarunt. Nihil dicam de his ipsis nostris temporibus, quibus I-

K 3

dolo-

dololatæ in Indijs , & Heretici non longè ab oculis nostris æquali contra nos futore sævite pergunt. Perpendite igitur , quām terribilis fuerit hæc pugna , cui nulla unquam in historijs celebrata poterit comparari. Nihilominus in pugna tam longa , tam im- placabili , tamque obstinata , tam validis instructa armis , ab hostibus tanti nominis & locutatis protracta , Christiani generosis , & plusquam huma- nis decertantes animis , virtutēque Sacra- menti Confirmationis roborati , vi- tores extitere. Et quis hoc non mi- raretur ? Unum quod inter alia præ- lantibus obicem ponit Victoria , non est minimum loci , & situs incommo- ditas . Quando scilicet è loco emi- nentiore ab aggressoribus in planicie disposita agmina duplicatis quasi vi- ribus invaduntur , instar aquarum hor- ribili strepitu ab alpibus deorsum properantium. Et hæc erat Christianorum conditio : non solum erant subditi , sed semper depresso , omnibus facultatibus , officijs , & dignitatibus privati. Fidel vero hostes semper e- rant omnium potentissimi , saepius etiam supremi illorum Principes . Ni- hilominus in hac mirabili conditio- num inæqualitate Christiani persecu- torum suorum enervarunt vires , & de- que fugitivos campo cedere coege- lib. 2. ep. runt. Steterunt tortitorquentibus for- tiores. Inquit S Cyprianus de SS. Mar- tyribus , & pulsantes ac laniantes ungu- las pulsata , ac laniata membra vicerunt. Neque hoc per auxilium ab ipso dictum fuit. Plurimæ enim persecuciones invictâ profecto Christianorum con-

stantiâ superata furere desierunt. Ita Antoninus , cùm esset in Asia , videns ingentem Fidelium numerum mor- destinorum , mutatâ sententiâ man- davit , ut Eusebij refert historia , ut 4. b. tandem crudelitati hucusque exercita^{e. 13.} finis imponeretur. Ob patem invi- etorum animorum constantiam pro- scriptiones suas revocavit Adrianus Imperator , uti & Trajanus à Plino Bi- thinæ Proconsule certior factus de in- genti ardore , quo nostri quasi Trium- phabundi turmatim morti obviam procedebant. Et quod plus est , Ma- ximinus Tyrannus omnium crudelissi- mus , anim ad vertens Christianos sem- per magis esse insuperabiles , edictum evulsavit , se Christianis , quamvis post tot Cæsarum edicta & supplicia in sententiâ suâ perdurarent , generalem imperitri veniam , suâque eosimposte- rum clementiâ protecturum.

VI. Desideratisne testimonia ma- gis authentica gratiæ , quæ in Sacra- mento Confirmationis confertur ? At quibus , inquietis , argumentis indu- ctus assertis ; antiquos Martyres tan- tam animi constantiam potius ex hoc , quām alijs haussisse Sacramenta ? Di- fert id probatur ex fine , ob quem à Christo fuit institutum , ex formâ & materiâ . Si specteris materiam ea ex ballamo & oleo mixta est , quâ secun- dum sanctum Augustinum significa- tur , tali unitione Christum ad luctam cum Dæmonie ineundam nos velle di- sponere ; Ideo Deus nos unxit , quia lu- statores contra Diabolum fecit . O ^{11. 13.} Ie- leum gratiam Spiritus Sancti indicat , cujus virtute vincimus ; balsamum

verd

DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS.

79

*In hoc Sacramento datur plenitudo Spi- S. Th. 3.
ritus Sancti ad robur Spirituale. Verba p. q. 72.
sunt S. Thomæ.*

*ar. 2 in
e.*

verò boni exempli fragrantiam, quod in alios redundat. Bini hi liquores in unum commiscentur, quod effectus illorum jam explicati nunquam disjungi possint. Si formam consideretis, tota in verbis ab Episcopo prolatis constituit. *Signo te signo Crucis, & confirmo te Christmate salutis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Hæc vox, *Signo te signo Crucis, Christiano quasi militi ticoni tessellam bellicam assignat, ut noverit, quo Duce militet, scilicet Christo IESU.* Illa voce *Confirmo te Christmate salutis robur spirituale ad viriliter pro salute animæ pugnandum infunditur: & quod additur, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti,* demonstrat in hoc Sacramento non ordinariam aliquam sed fortitudinis plenitudinem conferri, plenitudo roboris spiritualis. Ideoque in nomine totius Sanctissimæ Trinitatis conceditur, quasi causæ immedia- tæ, à qua infunditur. Si denique si nem intuerimini, clarissime id, quod dico, cognoscetis. Nullum est dubium, vele Deum Regno cælorum nos beate, sed non tanquam dono: vult, ut illo tanquam generosi milites stricto gladio portiamur. Non coronabitur, nisi qui legitimè certaverit. Deus agit nobiscum quemadmodum amantissimus aliquis Dominus, qui nihil unquam præcipit, quin eo ipso tempore vires ad exequendum necessarias communiceat: quare cùm velit, ut vincamus cùm ipso, necesse fuit, ut suum quoque secum vincendi Spiritum tribueret. Quod in Sacramento Confirmationis, de quo nunc agimus, contingit.

VII. Quid ergo in unoquoque nostrum fieri putatis, quando hoc Sacramento roboramur? Id ipsum nobis contingit, quod Apostolis in cœnaculo congregatis, quando tanta cum abundantia supra illos Spiritus Sanctus descendit. Ita tamen ut hæc gratiæ plenitudo immediate à Christo collata sit Apostolis, absolutâ, quæ pollet, potestate, eam per se absque Sacramento impertiendi: nobis verò mediante Sacramento confertur. Atque ita creditore diem Confirmationis uniuscujusque nostrum esse felicissimum diem Pentecostes, d. è inque, quo virtute invincibili munissemus, quam per nos ipsos consequi non possemus, si non tanquam indumentum ex supremo Regis nostri vestiario nobis donata fuisset. *Vos autem sedete in civitate, quoadusque induamini virtute ex alto.*

VIII. Atque ideo hæc quasi per transennam, quæ sit inter Baptismi & Confirmationis Sacraenta differencia, advertite. In Baptismo à peccato originali liberati sumus; in Confirmatione debilitas à dicto peccato naturæ relicta roboratur. In Baptismo ad vitam spiritualem renascimur velut infantes, Innocentes quidem, sed debiles: in Confirmatione ad adulorum robur pervenimus. In Baptismo in album Christi militum relatis sumus; *S. Th. 3.* in Confirmatione ad pugnam armati, *b. 9 72^o* sumus. Si denique dici possit, nos in *ar. 1^o* Baptismo gladium vaginae reconditum accipe-

Eph. 6. accipere, gladium Spiritus; in Confirmatione, potestas & auxilium evaginandi conceditur. Themistocles Atheniensium Dux dicere solebat, se Teutidem Cretensium Ducem non ulmtere; licet enim ille appensum lateri ostentaret ensim, non ideo tamen generoso pugnandi animo præditum. Idipsum de Christiano, sacro Confirmationis chrismate non inuncto, dici poterit. Arma quidem ostendet, sed animus & uenit dexteritas deest. Fidem habebit, sed coram inimicis illam profiteri non audebit. Propreterea in fine Mundi omni, quâ poterit, arte Antichtistus impediet, ne hoc se Sacramento muniant Christiani, talèmque illius asturia habebit successum, ut Serm. 2 (quemadmodum affirmat sanctus Dom. 3. Vincentius Ferrerius) tantum bapti- Quondam. zati fidem abnegaturi sint, ubi è diverso chrismate sacro roborati, magno illum animo sunt defensuri. Et de facto recenset Eusebius Novatum Heresiarcham, quod cum indignatione hoc Sacramentum reculârît, non solum à Dæmonio obsecrum, sed etiam eo fuisse correptum timore, ut abjectissimâ pusillanimitate Sacerdotem se esse negârit. Et hæc causa erat, quare veteres Christiani tam sollicitè hoc se Sacramento munierint: experientia enim docterant, mirum quantum augeri vires ad fidem Christi tuendam, maximūmque Diabolis timorem incutti. Sanctus Prudentius Martyr testis oculatus scribit, quod dum Julianus sacrificiis operam dabat Sacrificijs, ad futuros belli & pacis eventus cognoscendos, Sacerdotem, cuius erat pro-

Gentilium more occisarum & eviscatarum victimarum extra timari, cum hoc actu certi quid enunciare non posset, in terram prostratum exclamâsse: Imperator, profectò est inter nos Christians aliquis balsamo inunctus, qui nos perturbat, & tamdiu perturbatur est, donec hinc ejiciatur. Quare Julianus, deposito Diademate, mox in medium se coniuit, gravi iratâque voce: Prodeat, inquit, temerarius ille, qui etiam diis nostris bellum indicere ausus est. Et ecce adeat quam primum unus ex praetorianis respondetque magno animo: Miles Christum, cuius nomen omnes Tartari phalanges reformidant. Audiens hoc Imperator è templo se protulit, rabitique & pudore plenus ad Palatium redivit. Idem scribit Lactantius sæpius Gemitum sacrificolis evenisse. Unde colligitur sanctissimum Chrisma tam quoad finem institutionis, quam quoad effectus inde provenientes, fortissimam esse temperaturam, quâ Fideles chalybe duriores reddunrat, qui in Baptismo tantum ferrei effecti fuerant. In hunc sensum refert S. Clemens à Sancto Petro se audivisse: Christianum nunquam perfectum esse, donec sancto Chrismate roboretur. Ideo que sanctus Thomas docet; hoc Sacramentum in antiquâ lege nullam habuisse figuram, quâ representaretur, ut reliqua habuere Sacraenta. Quia Confirmatio est Sacramentum plenitudinis gratia: consequenter nec ullum opus habere potuit, quod ei responderet, ubi nullum erat perfectum. Non potest habere aliquid, respondens in auctoritate

veteri Testamento, quianibil ad perfec-
tum adduxit Lex.

IX. Non ignoro, quod mihi responsum sitis; vos quidem etiam hoc Sacramento inaugurator esse, nec tamen ideo tam validos sensisse effectus. Credo quidem, sed quā de causā an non ideo, quia his temporibus absque præparatione debitā hoc Sacramentum accipitur? Unde sicut omnes causæ potius secundūm dispositiones subiecti operantur, quām secundūm innataar virtutem, ita & hoc Sacramentum in plurimis mirabiles suas operationes non ostendit, quia dispositos non invenit. Quidam in tam tenerā ætate confirmantur, ut non sint capaces, nec quid faciant, intelligant; alij in profectā jam ætate accidunt, sed usinam non in peccato mortali! Soli divinæ Gratiae impenetrabilē culpæ nubem interponendo. Unde non est mirum, tali eclipsi naturam jam pridem languidam non rancūm non confortari, sed debilitati, culpāsq; præcedentes sacrilegio insuper augeri. Saltem plerique sine debitā præparatione, devotione aut etiam instruccióne accidunt, non satis intelligentes, nec valorem, nec finem, nec altissimos Divinæ hujus unctionis effectus, ad quos participandos disponendi fuisserint. Catechismus Romanus non vult Fideles tam cito Sacro Chrismate inungi, ut propter etatem parvū-capaces sint: nec tam tardē, ut negligēti illud parvi fuisse videantur. Neque præpostera festinatione, neque disfolutā negligentia, & cunctatione uenidūt effe. Insuper præcipit, ut Pastor R. P. Segneri S. I. Christ. Instr. Tom. III.

res Animarum populum ad jejunias aliāque pietatis opera præmitenda adhortentur, ut ollim fieri consueverat. Pastorum exhortatione ad jejunia & alia pietatis opera suscipienda incitentur. Ostendite mihi, qui ad spiritu hæc arma induenda tali ratione se præparent, & ego reportatas quoque Victoriae facile ostendero.

X. Hoc est primum, quod ad objectionem vestram reddo responsum. Secundum esto, illam Spiritus plenitudinem à Christiano in Confirmatione velut in radice perceptam esse; quare effectus illius, qui sunt quasi fructus, tunc non videntur; ingruente vero tentationis tempore apparet. An forte semper mirabile illud robur, quod inditum erat Samsonis brachijs, advertebat? Tunc solū agnoscebat, quando occurrentes in via sternendi Leones, aut quando allo quocunque modo pugnandum illud erat, cum terrore, aut strage Philistæo-
SHAR. in
rum. Idem accidit in casu nostro, 3. p. dispe-
Data occasione Christianorum Chri- 34. sed-
mate inunctionum fortitudo probatur 2. in fine;
cerò, modò peccatis suis non ponant obstaculum, quia sicut in ipsa Sacra-
menti receptione posito obice nulla confertur Gratia, ita similiter peccati
obstaculum, Sacramenti exercitatio-
nem concomitans, omnem Gratiae
conferendæ effectum retardabit. Re-
moveat peccatorum obices, & videbitis,
quos hæc planta fructus sic productura.

XI. Oprarem saltem, ut ex hucus-
pue dictis majorem parentes concep-
tent Zelum, ne imposterum ipsorum
L filii

DISCURSUS SEXTUS

82

filij tanto destituantur beneficio. Si non esset aliud, an parum vobis videatur pericolo illos exponere, ne aliquando absque hoc Sacramento diem suum obeant? omnino periculosum est lib. 2. de set. si ab hac vita sine Confirmatione miserae p. 7 grare contingere. Inquit Hugo de C. 3. S. Victore; non quidem, quod ob hanc carentiam non Confirmati sint damnandi (nisi ex contemptu negligenter) sed quia Confirmati, & non Confirmati in caelis ita a se invicem s. Th. 3. different, quemadmodum hic in tertis p. q. 7². adulti ab infantibus; & propter hanc ar. 8. ad causam vult S. Thomas, etiam morti 8. vicinos, si fieri potest, hoc Sacramento muniri, ut perfecti resurgant Christiani; Ideo etiam morituris hoc Sacramentum dandum est, ut in resurrectione perfecti appareant. Atque ita: et si Sacramentum Confirmationis non sit simpliciter necessarium ad animae salutem, ad perfectionem tamen talis salutis necessarium erit: ad perfectionem s. Th. 3. salutis. Et si non requiratur, ut quis p. q. 7². sit Christianus, requiritur tamen, ut a. 1. ad 3. Christianus Christo conformis efficiatur, qui non tantum Gratiam, sed etiam ejus plenitudinem accepit: plenus gratia. Christus a primo conceptionis instanti hanc habuit plenitudinem, Christiani in ipso Confirmationis actu illa locupletantur. Et haec est causa, cur solus Episcopus hoc Sacramentum, non vero simplex Sacerdos conferre possit, cuius muneris est aliequin Baptismum eanti momenti Sacramentum administrare. Ratio s. Th. 3. est illa, quia operis perfectio sibi super p. q. 7². in premo reservatur artifici. Quantumvis ar. 1. I. in

in Baptismo homo Spiritui Sancto; quasi templum consecratur. Per Baptismum edificatur homo in domum spiritualem: per Sacramentum tamen Confirmationis, quasi dominus edificata dedicatur in templum Spiritus Sancti. Quare sicut edificare templo materiale, qualemunque illud sit, expolire, adornare, ad inferiores pertinet ministros; dedicare vero sibi servatur Episcopo, ita & in Templo spirituali contingit. Quod si ita est, attendite obiecero, an non multum refecat, ne filii vestine negligentiâ vestiâ unquam tam præclaris piæcogitativi destituantur. Tantæ vobis cura est, ut illi perfectum corporis nascantur robur, animæ vero perfectionem negligitis. Ah quanta illius adhuc his temporibus est necessitas! & quod ita sit.

II.

XII. Veniamus nunc ad secundum pugnam Ecclesiarum illatarum, secundumque medio hoc Sacramento reportatam Victoriæ. Advertens Diabolus persecutones atrocissimas velut pondera horologij servire Christianis, non ut ea sistantur, sed quasi animentur; modum pugnae mutavit, depositoque ferro, irrationibus usus est, ut suffocaret opprobrijs, qui pernacum acerbitate temper magis multiplicabantur, germinabantque. Itaque Dæmon Juliano Apostata inspiravit, ut omillis cæribus, tanto numero eo uisque perpetratis, alij: Christianos armis oppugnaret, contemptibiles redderet, literis interdiceret, intollerabilibus opes illorum enervando ex-

exitionibus, tam publicis reipublicæ muneribus, quam bellicis dignitatibus faceret inhabiles, ne ob externum divitiarum splendorem ullius apud quemcunque forent existimationis. Hæc igitur ars pugnandi, quanto magis tacita, tanto periculosa; illa ipsa est, quæ hodie dum durat; quia licet Tyranni desierint, non tamen defunt Dæsores, perfidi illi, qui non aliud agunt, quam Fideles bene facientes risui exponere. Non mitemini, tales irridiones à me persecutiones appellari, hoc enim nomine iam pri-
Galat. 4: 19 dem illas insignivit Apostolus, scri-
Corn. in 1:21.
Gen. bens, quomodo Ismael persecutus fue-
 tit Iaacum. *Is qui secundum carnem
 natus fuerat, persequebatur eum, qui
 secundum Spiritum.* Sed quomodo perlequebatur, cum Isaac esset Dominus, Ismael verò servus? Perseque-
 batur illum, ut quidam existimant, partim opera pietatis, quæ in eo vide-
 bat, irridendo, partim alios risui expo-
 nendo. *Ecce in pace amaritudo mea
 amarisima, de his temporibus potest
 dicere Ecclesia, videns pace à tor-
 mentorum cruciatu concessâ, contem-
 ptu & irrisione se oppugnari. Co-
 gitare Dæmonem eā pugnandi arte-
 usum, quā semper magni militiae Du-
 cēs uti solent; locum scilicet in finibus
 Provinciæ situm bene muniendo, quo probè custodīto, Regnum subinde to-
 tum ab omni hostiū incursione de-
 fendarur. Ita quoque fecit Diabo-
 lus. Locum sibi elegit supra Chri-
 stianorum quorundam, non solum inti-
 quorum, sed impudentium & super-
 borum frontes, qui tantum abest ut*

virtuti studeant, ut etiam illam à selu-
 dō haberi profiteantur. Et Arx hæc adēd paulatim inexpugnabilis redditā est, ut nec Prædicatorum qua-
 tientium timeat Imperius, nec divinos vereatū impulsus & inspirationes,
 neque aliquo graviore insultu expugnetur. Utinam, quæ h̄c dico,
 vera non essent! sed non mentior.
 Melius cognoscetis ex causis ordinis
 perturbati, quas possum adducere,
 quam perturbationem, Dæmon qui-
 dem excitat, sed non nisi DEO spe-
 ciali ex fine ita permittente.

XIII. *Necesse est ut veniant scandala,* inquit Christus. Necesse est in
 via virtutis quandoque impingere.
 Primam vero hujus necessitatis cau-
 salm assignat Apostolus, esse probatio-
 nem bonorum: *oportet hereses esse,*
ut & qui probati sunt, manifestis in
vobis. Omnes gemmæ, licet spuriæ
 clarae die splendent; in tenebris non
 micant, nisi quæ nativo & proprio
 præditæ sunt splendore. Quare sicut
 gemmarij ad explorandam gemmarum
 virtutem quæ ruit tenebras, ita Deus
 in tenebris derisionis & contemptus
 servos suos probat, ut splendoris illius
 fons, qui in corde later, clariū effulge-
 at. Duas adhuc alias hujus necessitatis causas agnovit Origenes; una
 est malitia Dæmonis, altera hominis
 miseria; sed binæ hæc cause unâ vi-
 dentur contineti, quia Diabolus virtu-
 tem efficaciter aggressurus, hominem
 induit. *Inimicus homo hoc fecit:* per
 versis utent linguis ad pios convitijs
 laceundos, atque ita alicet fieri non
 potest, quin pessimū homines vel dia-

DISCURSUS SEXTUS,

84

84
bolico agitari spiritu , vel domesticis
passionum suarum incitati furijs, bo-
na aliorum opera impedianc, irrideant,
despiciant, publicoq[ue] aliorum con-
temptui exponant. Necesse est ut ve-
niant scandala. Quidam ignorantia
excæcati , rerum divinarum Mysteria
non intelligentes, ea despiciunt, quem-
admodum illi , qui resuscitandam à
Math. 9. Christo Archisynagogi filiam cavil-
labantur , quam ille , cùm mortuam
non ignoraret, dormientem sibi vide-
ri præferebat , Et deridebant eum. Ad
hæc ipsa morum dissimilitudo , qua
bonos inter & malos apparet , causa
est, ut hi laudabilium operum precium
& estimationem cavillis suis diminu-
ant, quibus bonos abundare, se vero

*Prov. 14. planè carere nōunt. Timens Deum
21 despiciunt ab eo, qui infamigradit ut via.
Quapropter tam perverso his tempore-
ribus Mundus uitetur iudicio, ut pec-
atum existimet sibi esse honori, ve-
rum autem honorem erubescat. Ve-
strum erit nunc argumentari, quām
communis sit hæc inter Christianos
persecutio. Ego certè tam latè pro-
pagaram existimo, ut totum ferè Mun-
dum ex hujusmodi oppugnati bus,
& oppugnatim compositum mihi
imaginer.*

XIV. Quis verò tam facile ini-
quissimas , quas Justi ab Impijs susti-
nent , oppressiones explicare poterit ?
Refert Josephus Judæus in obsidione
Jerosolimyranā Romanos validissimā
quādam Machinā muros conqualsās-
se , quam obcessi Nicon appellabant ,
id est Victoriolas , ad eū cuncta dirue-
bat obstacula , Talem machinam

dicere possumus esse Ierisonem , que
à timidis & imbellibus velut mors
ipsa formidatur , imò quam generosi
animi morte pejus fugiunt . Cenè
observari potest , Servatorem nostrum ,
qui raro in Scripturis de suis questus
est affl . Et onibus , de injurijs sibi illatis ,
& opprobijs sepius tristatum fuisse ;
& qui in Cruce pœnas adhuc sicutiebat
& dolores , irrisiōibus satiatum mor-
tuum esse . *Saturabitur opprobriis* ,
Quare omnino necessarium fuit , ut
Dominus noster , velut Dux militie ,
non minus expertus , quam ipsius Inimicus ,
limitaneæ Dæmonis arcis val-
diorem , ad bellum illi movendum ,
arcem opponeret ; quia etiam non
ignorabat , quanta parte altera esset
cordis nostri in superandis ignominiosis
debilitas , propugnaculis fortissimis
ad easdem debellandas & contemne-
das ipsum munivit , & in eum suem ,
ut inquit S. Thomas , Confirmationis
Sacramentum instituit . *Contra in-*
firmitatem oppositam rubori , *Contra*
debilitatem scilicet , quam sicut homo
ad nobilitatem Crucis audacter prosi-
tendam , dicatque cum Apostolo : ab Galat.
sit mihi gloriari , nisi in cruce Domini
nostri Jesu Christi : in quem finem ab
Episcopo videtis supra frontem sancto
Christi mate formari crucem , ut appa-
reat , quantum absit à Christiano , eru-
bescere Crucem , qui eam portare in
fronte , sibi gloria ducat .

XV. Inter corporis humani partes, frons omnium maxime patet, ideoque hoc illius militiae nostrae lignum imprimatur. Et licet amor crucis ex corde oriti debeat, corde creditur ad iustitiam.

DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS.

85

*Rem. 10. iustitiam ; nihilominus in Confirmatione non in corde, sed in fronte tantum fortitudinis signum ab Episcopo efformatur, ut omnes intelligent, non sufficere Christiano, quam habet in animo, crucis estimationem, sed eandem etiam exteriùs animosè & audacter proficiendam esse. Hinc etiam Episcopus non ori crucem imprimat, quo tamen Fidei sit professio : ore autem confessio suā ad salutem. Frontem siguat, ut Christianus, ne quidem interrogatus, quam teneat fidem, abneget. Eadem ratio est alapæ, quam publicè subinde Infringit Episcopus. Putatisne hanc temerè infligi? Maximo id sit cum mysterio. Ut scilicet Christianate inunctus recordetur, non esse derisionem, aut contemptum Dur. 1. tam horribilem, quem non pro Christo tolerare debeat. Ut meminerit se quis deinceps pronomine *Jesus* contumeliam libenter passurum. Nec tanum ideo, ut olim meminerit, sed ut ab hoc momento aperitè demonstret, illum se patienter tolerare: non est enim major inter hujus seculi viros ignomina, quam impacta alapa, & quidem publica. Verum est, ad has veritates bene capendas speciale requiri lumen, & extraordinarium, quod de celo descendat; ob talem igitur effectum Episcopus manus suas capitii nostro imponit; ut Spiritus Sanctus errorum à Mondo derivatorum caliginem à nobis depellat, & contraria illis dogmata à Christo de celo allata nos doceat. *Caro manus impositione adumbratur*, inquit Tertullianus, ut anima Spiritu Santo illuminetur.*

Et verò ipsi nos Apostoli factis docent, quid possit Confirmatio: antequam receperissent Spiritum Sanctum, metuebant improperium Crucis amplecti, sic ut Christum aut derelinquerent, aut unquam sibi cognitum perjerarent. Post Pentecosten verò tanta eorum animos obsfirmavit constans, ut illis Beatitatis instar anticipata esset, pro Christo opprobrijs diversari. *Iabant gaudentes à conspectu Con-* *ciliis, quoniam digni habiti sunt pro nomine *Jesus* contumeliam pati. Jam ve-* *rid hoc gratiæ augmentum, quod in so-* *lenni Spiritus Sancti adventu collatum fuit discipulis, idem proportione quadam Christianis donatur in Confirmatione, siquidem rite parati eam suscipiant. Nullus ergo dubitandi locus relinquitur, dummodò postmodum hâc gratiâ uti sciremus,* nullum fore obstaculum, quod ab amplectendo quoconque pro Christo opprobrio nos detergere possit. Noli timere, dixit DEUS Ezechieli Propheta, licet peccatores tuas despiciant admonitiones, frontem tibi dedi ad spernendas eorum irrisiones duriorum, quam illi habeant ad monita tua admittenda. *Ecce dedi frontem Ezech.* *iunum, duriorum frontibus eorum. Hoc ipsum illi contingit; qui plenitudinis gratiæ particeps fit in Confirmatione. Eam vulnus, & voluntatis acquirit libertatem, ut eos rideat, qui ipsum irrident, aut potius ijs ex intimo sensu compatitur.*

XVI. Finiam: prius tamen, quoniam asserui, & persecutoribus virtutis, & ob virtutem persecutionem

L 3 passus

passis , propè eorum Christianum constare Mundum , utrisque oportuna quædam monita relinquam . Adeste ergo animis , Charissimi , si forte quispiam hic fore tam excæcatus , qui aliosob pieratis opera summo dignos honore , consumelijs afficeret ; ne quæso , vos alloquor cum Apostolo , ne quælo Spiritum Sanctum contristetis , à quo tam memorabile in fronte portatis signum , nolite contristare Spiritum Sanctum , in quo signati estis . Integræ , quâ die Confirmationis charactere insigniti sumus , Spiritus Sanctus animæ nostræ cepit possessionem : venit enim supra nos , ut dixi , cum omni plenitudine sanctitatis & scientia & virtutis . Virtutis quidem , ut datâ occasione eam ostendamus . Jam vero cùm non sufficiat vobis tam magnum hospitem è cordibus vestris ejicere , vultusne illum etiam summâ cuin injuriâ à proximorum vestrorum cordibus exulare ? Nescitis quanti ponderis in divina Justitia bilance futurum sit peccatum vestrum ? A Sancto Thoma ergo addiscite . Gravissimum est irridere Deum , inquit , & ea qua sunt Dei . Deinde sciatis , non unum tantum , sed multa hujusmodi derisoribus preparata esse judicia : parata sunt derisoribus judicia . Toties enim judicabuntur , quot sunt animæ , quas suis calumnijs , & irrationibus persecuti sunt . Verum est , tam rigorosi examinis diem nondum advenisse ; ideo tam parum videntur illi extimescere sententiam tum ferendam : sed quid hoc solatij ? Causa jam dicta est , testes etiam audit , nil

Eph. 4
 30.
 Prov.
 19. 19.

restat aliud , quâm ut mors (cuius est maleficos citare) coram judge comparere cogat . Parata sunt derisoribus judicia . Attamen adhuc non timent pluribus indies te vinculis onerate , quibus ad tam tremendum tribunal protrahendi sunt , quæ sunt propria ipsorum peccata , quæ faciant ; & opera pieratis , quæ impediunt . O miserabiles (siquid verum sunt ex illis) ô miserabiles , inquam , qui nescitis , aut videmini ne scire , in quas calamitatum angustias vos conjiciatis , tanto oppresi pondere iniquitatum ! Audite dum adhuc tempus vacat , quod dicit Isaïas : No-^{1a. 18.} lite illudere , ne forie constringantur ^{22.} vincula vestra , alias ad tantam gratie penuriam deducimini aliorum pietatis opera impediendo , ut ne tantillum quidem , cùm res postulabit , provobis boni præstare possitis . Unde vobis tanquam arboribus omnifructu destitutis nihil aliud , quâm æternus gehennæ ignis supererit . Michol Davidis uxor , quia fandum matitum suum publico saltu coram Arca exultantem irritis , semper infecunda & sterilis mansit . Michol filia Saul , ^{2. Reg. 8.} non est natus filius usque in diem mortis ^{19.} sua . Alium non scirem , quâm similem prælagire ijs finem , quialiorum bona opera derisui habent , nimitem sine filiis morituros , hoc est , quin aliquid sibi profuturum boni præstirent ; & inter flamas suam magnituros stultitiam , eamque semper detestaturos , sed fructu nullo . Nos insensati vi . Sap. 14. tam illorum estimabamus insaniam . Et adhuc non verecundi tal modo animam

mam vestram perdere? si non aliud, magna illa, quā tali jacturā Sp̄itum Sanctum afficit, tristitia vos commoveat, ne eam subire allubescat. Nolite contristare Sp̄itum Sanctum, in quo signati esis.

XVII. Hoc ipsum respondebo Christianis persecutionem passis, aut adhuc patientibus; quandocunque tam turpiter, pr̄stiti sub augustissimæ Crucis vexillo juramenti oblieti, timent postea cum Domino suo contemni & irridet, ita, ut hanc solam ob causam Christo fideliter militare desinant. Nolite quæso, & vos Charissimi, timiditate vestra Sp̄itum Sanctum contristare, omnium cordium consolatorem. Non, quod compassione digni non sitis. Scio gravissimum esse ab illis videre se contemni, à quibus potius estimari quis deberet; irrideri inquam à Christianis. *Po*ñiſſi nos opprobrium vicinis nostris; subsannationem & derisionis, qui sunt in circuitu nostro. Sic David etiam querebatur; ab infidelibus enim virtutis gratiâ contemptui haberi tolerabilis esset; verum à Christianis & Patriâ, & Religionis cultu nobis conjunctis contumelij affici, afflictionem factor immensum auget. Sed quid faciendum? Oportet omnino constanter suam defendere stationem, & animo non territo insolenti Mundo ostendere frontem, in faciem oggerendū do: non erubesco Evangelium. Aliás si Christum Salvatorem erubuerimus, ille quoque in extremo die nos erubescer. Qui me erubuerit & meos sermones; hunc filius hominis erubescet,

cum venerit in maiestate sua. Et quæ hæc fore stultitia? Plus timere hominum dicta, quam Dei estimare facta? Nobilis Eques lanceâ suâ armatus stadium ingressus, pavit estimat spectantis gregarij alicujus milits laudem, aut vituperium; sed hoc agit, intenditque, ut pugnandi dexteritate à Principe suo encomium, & bravum reportare mereatur. Oculos igitur in cælum attollite. Deumque vestrum inuenient, qui non solum in medio gloriosorum, & infinitorum Sp̄ituum numero sanctis vestris applaudit actionibus, sed etiam immaculabilem & immortalem vobis coronam præparatam servat. Vos nihilominus tem abjecto sitis animo, ut propter stulti cuiusdam hominis vocem tantæ gloriae facturam facere velitis? Quis major potest esse honor, quam actionum suarum Christum ipsum Filium Dei habere Encomiasten? Quod si & hoc vos non mover, Timore Timorem expellite; oculos vestros in orbis barathrum dejicite, & considerate: quanto pudore & ignominia suffundendi sitis, semper sub Luciferi pedibus in Inferno trementes, quine levem quidem cotam hominibus vobis similibus confusionem supportare volebatis. Confundentur vehementer. inquit Propheta, quia Jer. 20: non intellexerunt opprobrium sempiternum quod nunquam delebitur. O quam terribilis hæc erit Christiano ignomina, sempiternum illud opprobrium fide credidisse, nec tamen fugisse? Huic aut illi perditæ vita homini adhæsse, nec satis animi ad commercium cum illo

illo rumpendum habuisse, infami as-
sueuisse mulierculæ, & fidei de illa
q[ua]esta violanda meru, in malam rem
eam abire non jussisse! Usque ad fi-
nem vitæ sanguinariam fuisse inten-
situdinem, ne pax forte inita non ab amo-
re Dei, sed ab animi affectione pro-
fecta esse videatur! O Pudor male-
dictus! optimè animarum Tyrannus ap-
pellari potes, dum illos in perpetuos
inferorum carceres præcipitas ob vani-
timoris formidinem, non secus ac
stolidi cervi, ut Venatorum fugiant
clamores, timore excæctati laqueis se
inextricabilibus involvunt.

XVIII. Nolite quæso Charissimi,
tantam animabus vestris inferte inju-
riam, Divinòque illi Spiritui tanto-
pere felicitatem vestram desiderant.

Nolite contristare Spiritum Sanctum, in
quo signati estis. Portatis jam indele-
bilem characteris signaturam in Sa-^{s. Tert.}
cramento Confirmationis vobis im-^{3 p. 37.}
pressam. Velleisne signum hoc esse
Diaboli Iudibrium, quod nunc est
illistesseterroris? Absit, absit. Sed
ut moner Apostolus, vivis hisce con-
siderationibus resuscitate nunc grati-
am olim in Confirmatione accepitam,
statuite imposterum contra visibles
& invisibles Crucis inimicos viriliter
pugnare, ut tandem æternâ illâ glo-
riâ, quam ipse Servator noster Iouis
opprobrijs ad mortem usque tolerat^{2. Tim. 1.},
proueruit, gaudere possitis. Ad. 6.
moneote, ut resuscites gratiam Dei,
quæ est in te per impositionem
manum.

DISCURSUS VII.

De Amore Christi in Institutione Eucharistia.

Nec omnes res nulla
magis Ignis resistit
quam Cinis. Vege-
tativa videmus con-
sumi, meralla lique-
fieri, lapides in cal-
cem redigi, solus cinis, licet ab igne
natus, quasi filius ingratus illi non
cedit, & cum amore paterno ab eo-
dem illuminari aut illuminari debe-
ret, splendorem illius suffocat, calo-
remque extinguit, ita, ut tandem
ignis invincibilis, omnium mixtorum
domitor, propriæ prolis suæ palmarum
cedere cogatur, adeoque subactus

aliquantis per sub ingrato pondere
languescat primum, mox penitus
emoriatur. Quod symbolum ad in-
gratum Christiani cor depingendum
aptius, quam hic cinis? *Cinis est cor sapientiae*,
ejus, quoniam ignoravit, qui se fixit,
Et cinere confatuum est cor hominis,
quia obstinatissimâ suâ ingratitudine
summo benefactori suo non vulnus
dedere. An non videtis, quâ
ratione hic divinus amor, quasi ignis
omnipotens, activitate suâ ineffa-
bili vincat invincibilia, ita, ut pro-
pter felicitatem nostram è celis de-
scenderit in terras, In ea peregrina-
tus